

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Ira e  
cum fonte primo

Melior est autem qui quamuis ira sepe temptetur tamen impetrare festinat ut sibi dimittat cui se fecisse agnoscit iniuriam, quam qui tardius irascitur et ad ueniam petendam tardius inclinatur;

qui autem numquam uult petere ueniam aut non ex animo petit, sine causa est in monasterio eciamsi inde non proiciatur.

Augustinus ibidem (de uita et regula clericorum).

melior est enim, quae quamuis ira saepe temptatur, tamen impetrare festinat, ut sibi dimittat, cui se fecisse cognoscit iniuriam, quam quae tardius irascitur et ad ueniam petendam difficilius inclinatur. quae non uult dimittere sorori, non speret accipere orationis effectum; quae autem numquam uult petere ueniam aut non ex animo petit, sine causa est in monasterio, etiamsi non inde proiciatur.

Augustinus Hipponensis, *Epistulae*, 211, 14 (CSEL 57, A. Goldbacher ed., pp.368-9, ll.22, 1-6).